ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 11r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ho & omnia repentia terre secundu genus;
& uidit dr quoniam bona sunt. Quare & amen non est
scriptum & dixit dr quoniam bona sunt. sed uidit
dr quoniam bona sunt. Idest utilitate uidit ipsorum
& eam rationem quae cum essent ipsa per se talia
bonos tamen facere possunt optimos. Prop
terea dicit; Crescite & multiplicamini. &
replete aquas quae in mari sunt. & uolatilia
replentur super terras. Idest ut coeli quidem
magni & repentia in mari essent sicut superius
exposuimus. & uolatilia super terras. & dixit
dr; Producat terra animam uiuam secundum genus.
quadrupedia & repentia & bestias terre.
secundum genus; Et factum est sic; Et fecit dr
bestias terre secundum genus. ho & uidit dr quia bo
na sunt. Secundum litteram quidem nulla ques
tio est. Manifeste enim adeo creata esse dicuntur
uel animalia. uel quadrupedia. uel bestiae.
uel serpentes super terram. Aptare autem haec his
quae supra exposuimus secundum spiritalem intellec
tum. non otiosa res est. Ibi quidem dictum est.
Producat terra animam uiuam secundum genus
quadrupedia repentia. & bestias terre secundum
genus. Et illa quidem quae de aquis pro
producant aquae repentia animarum uiuarum. & uola
tilia uolantia super terram secundum firmamentum celi. hic autem ait